

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia ak  
cum fonte primo

Auarus terrena esurit ut mendicus,  
fidelis contemnit ut dominus.  
Ille possidendo mendicat,  
iste contemnendo seruat.  
Quere a quouis eorum quo insatiabili  
corde lucris temporalibus inhiant,  
quidnam de hiis sentiant  
qui sua uendentes et pauperibus dantes,  
regna celorum pro terrena mercantur  
substantia sapienter agant necne?  
Proculdubio respondit: sapienter.  
Quere iterum, cur quod approbat  
ipse non facit? Non possum, inquit.  
Quare? Profecto quia domina auaricia  
non permittit, quia liber non est,  
quia non sua sunt que possidere uidetur,  
sed nec ipse sui iuris est; si uere tua sunt  
expende ad lucra  
et pro terrenis caelestia commutato;  
si non uales, scias te pecunie non  
dominum esse sed seruuum,  
custodem non possessorem.

Bernardus super Cantica sermone XX.

Ergo  
auarus terrena esurit ut mendicus,  
fidelis contemnit ut dominus.  
Ille possidendo mendicat,  
iste contemnendo seruat.  
Quaere a quouis eorum qui insatiabili  
corde lucris temporalibus inhiant,  
quidnam de his sentiat,  
qui sua uendentes et dantes pauperibus,  
regna caelorum pro terrena mercantur  
substantia, sapienter agant necne?  
Procul dubio respondebit: "Sapienter."  
Quaere item cur, quod approbat,  
ipse non facit? "Non possum", inquit.  
Quare? Profecto quia domina auaritia  
non permittit, quia liber non est,  
quia non sunt sua quae possidere uidetur,  
sed nec ipse sui iuris. "Si uere tua sunt,  
expende ad lucra,  
et pro terrenis caelestia commutato.  
Si non uales, fatere te pecuniae tuae non  
dominum esse, sed seruuum,  
custodem, non possessorem."

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones  
super Cantica canticorum*, 21.8 (SBO 1,  
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais  
eds., p.126, ll.19-28).